



Generatio

et generatio laudabit opera tua: et potentiam tuam pronuntiabunt Scribit ps. 144. Cum non sine multa diligentia scriptorum patrum studia: et temporis decursus supputarunt: non dubium: quin magna utilitas ecclesiasticis viris et precipue illis qui ecclesiasticam policiam gubernare habent: inde proueniat. Nec ulli statui hominum horum parum prodesse credendum est: si temperata mente ad res gestarum historias quas ob diuinam memoriam studiosi viri conscripserunt oculos leuauerint. Quis plerumque id minus perspicit. Decet namque viros virtuosos precedentium facta sepe ad memoriam reuocare: ut bonis exemplis discant dignis operibus insistere: ut in malis valeant perditionis scopulum declinare. Ceterum si periculosum a vili separet: stulta concupiscentia se temperare non valens: in tenebrarum voragine precipiti cursu mergeret. Ob hoc sancti doctores videtes quod ad intellectum sacrarum scripturarum et ecclesie regimen: historiarum decursus ex parte necessarius esset. simulque omnium gestorum congeries inuialis. tum pro sui magnitudine. tum pro superfluo et viliu factorum repetitione superuacua: quasdam nobis historias canonizarunt: amputans fabulis superstitiosis ac genealogijs interminatis: que ad rem non pertinent. Sicque factum est per marcos eorum labores: ut pene simul tota temporum historia: breuissimo studio a quolibet intelligente iam nesci sine labore: imo cum magna cordis oblectatione possit incorporari. Decuit quoque ad ornatum scripturarum: ut hac pulchritudine non careat: que omnibus gentibus tanquam lucerna prefulgida in obscuro loco proponenda fuit. Ingenium in superhumanum quod magnifice plura comprehendere facilliter potest: hoc delizioso prato diuersorum horum priuari non debuit: in quo varia virtutum exempla reperies. factaque reproba eque confiderans: illa carere: nec pretereire moneret. Elidere enim supra modum est delectabile: qualis primi nostri patres ex quibus originem duximus insitum fuerunt a summo omnium gubernatore deo. deinde quis decursus eorum: quod profecit: defecit rationalis creatura in sapientia. virtute. potentia. sanctitate. longevitate. et sic de alijs. Et in omnibus his diuinum regimen admirari: quod sit deus mirabilis in creaturis suis: qui nunquam admistrare cessauit quos condidit. quanta creatoris longanimitas et misericordia. et quod inscrutabilis diuinorum iudiciorum abyssus. Nec et infinita alia periculosa humana industria penitus quibusdam interne contemplationis: non solum preterita et presentia. sed etiam futura mentis. dum ex similibus ad similia progreditur. cui si bona voluntas adiuncta fuerit. tedio quodam incolatus huius in deum surgit ad laudandum et regnandum et contemplandum: cupiens dissolui et cum christo in eternum. Incipit ergo hec contemplatio in iocunda speculatione creaturarum et finit in feliciore tedio earundem et appetitu creatoris. iuxta illud psalm. Quid enim mihi est in celo: et a te quod volui super terram: Tibi autem adherere deo bonum est. Hoc forte in preassumpto verbo idem psalmista nobis persuadere nititur dicens. Generatio et generatio laudabit opera tua: et potentiam tuam pronuntiabunt quasi dicat. Per omnia que in mundo casura cernimus: ad te qui nunquam deficiis sedere debemus. Que vnde sententia valde accommodata est ad propositum nostrum. Cum enim teste Augustino plura in sacra scriptura memorantur que nihil significant. et tamen necessaria sunt propter ea que aliquid significant: necesse est talibus ita vti quousque sterilia sunt: sicut illis que fecunda deuotione immediate in deum mentes nostras suscollunt. Alioquin non recte scripturam legimus in qua semper spiritus sanctus loqui credendus est. Sunt ergo arida que ad superficie lites. sed grauida quo ad spirituales intelligentias. Que autem ita aliena sunt ut nequaquam spiritualiter intelligi possint aut non expedit: omnia tamen veneratione digna sunt propter finem in quem ordinantur: qui est scire et diligere deum. Et de hoc genere videtur esse supputatio annorum que in sacra historia diligentissime annotata continetur. De qua ut idem Augustinus testatur. Hoc certissime tenendum est quod tanta est diuina autoritate roborata: ut omnino falsissimum sit quicquid ab ea ita discrepat quod cum ea omnino concordari non possit. Que cum ita sint: mirum valde videtur cur sancte scripture tractatores de hac materia intantum sunt diuersi in pluribus locis usque hodie. ut aut omnino aut vix nequeant concordari. Et redit illa antiqua et famosa questio de translatione lxx. interpretum: an potius ei statum sit in supputatione annorum an textui hebreorum quem Moyses ille maximus et primus legis promulgator edidit. Hic contriuerunt sancti doctores ingenia sua et quilibet pro capiti suo dixit quod sensit. Et quia periculosum est de magistrorum ecclesie indicare sententias: ut dicit Hieronimus super Daniel. et nimis laboriosum est: omnia retexere. Ideo Beda post alios qui studio suo in hac materia sudarunt: elegit modum Orisii qui sanctis concorditer cum Hieronimo et Eusebio et alijs magis authenticis de his loquitur. et dicit etiam hunc modum tenere. licet alios non reprehendat. Quare actum videtur ut hec supputatio magis vulgata sit in libris plurimorum postea scribentium. Augustinus enim in 15 li. de ciui. dei multa de his tractat. sed sanctis dissensit a positione Bede. quod sequebatur exemplaria que tunc magis vulgata fuerunt: ut etiam patet in omeljs suis et maxime super psalmos. Positio autem Orisii et Bede habet quod a creatione mundi usque ad natiuitatem Abrahe fluxerunt anni. 3184. per septuaginta interpretes. Hebrei autem minus habent. 1236. quod per biblias correctas iuxta hebraicam veritatem ab Adam usque ad natiuitatem

178
tatem **A**brabe sunt anni tantum 1948. **D**einde satis concordant cū hebreis septuaginta interpretes
vsq; ad destructionē templi que vocatur cōmuniter trāsmigratio babilonis. **S**equētia tēpora non ha
bent ex canonica scriptura. h̄ ex alijs historijs tā indeoꝝ q̄ gētiliū 7 iterū ibi ē diuersitas. sed nō nimis
magna. **S**imul igit colligendo finē **B**eda a mūdi creatōe vsq; ad xp̄i natiuitatē: veniūt āni. 5199. **E**t
hic est modus ecclesie. **U**n̄ versus **U**nū tolle datū ad milia quinq; ducētis **N**ascēti dño **B**eda data
protoplasto. **D**e vltiori discutiōe huius q̄stiois. vide si placet **A**ugustinū vbi supra 7 **H**ieronī
mū 7 alios loc̄ suis. **H**ic at̄ qz breuitati studem? p̄lixitas ip̄a nobis vitāda ē **C**olligere nāq; disposui
mus iuuāte dño ex plurib; libris fasciculū quendā tēpoꝝ a mundi creatōe vsq; ad p̄ns in quo tā laeta
rum scripturaz q̄ diuersaz aliarū historiāū facta. tanq̄ in memoriali quodā cōpendiose religabimur.
Faciam proinde iuxta sententiā flozi quod solent qui terrarū situs in breui quasi tabella pingūt ita to
tam humani generis imaginē tēpoꝝq; decursus. in pauculis folijs cōplectar. **N**ec mihi cōsciū sum a
liquid me posuisse qd nō in fide dignis historijs habeat. aut alijs libris ecclesiasticōꝝ doctorū siue qd
nūc ex eoꝝ dicis apte sequat. **U**bi at̄ dubiū fuerit an sic vel alit̄: hocip̄uz etiā ita vt repperi pari mō
annotaui. **E**t ne ip̄a sup̄ficies historie deuotis tediosa esset: persepe sentēcias quasdā floridissimas ap
plicauī ex sanctorū dictis q̄ deuotionē redolent pariter 7 doctrinā. **A**utoritatē ergo dantes his qui ate
nos laborauerūt nos pro modulo nō in labores eoꝝ intrauimus. sparsim hincinde carpētes qd potui
mus. **E**t vt sciatur quo ordine eos secuti sumus. primo totū tēpus vcteris testamēti. 5199. annorū in
quinq; etates distinctū repperimus in quodā libello qui ysidoro ascriptus videbat. vbi multum arti
ficialit̄ procedit deducēdo annos mūdi vsq; ad tēpora sua sc̄ **E**raclij qui cepit regnare circa annos dñi
6p. h̄ supputatōem suā nō ordinat finē eram xp̄i. sicut nec **O**rosius. **E**t hunc sequemur in duabus pri
mis etatibus. similiter 7 in duab; sequentib;: exceptis paucis. qz textus finē **H**ebraicā veritatē a nati
uitate **A**brabe vsq; ad captiuitatem babilonicā apud nos magis ē correctus 7 diligētius explanatus
et ideo sequimur eū: parū tamen refert. **I**n quinta etate maiorem laborem habuimus p̄pter nimiam
diuersitatē historiārum 7 veniā precor. qz iā vnum iā aliū put melius putauī secutus sum. an autem
debite singulos annos supputaui: lectori iudiciū committo. **L**ineā autem **A**ssirioꝝ 7 **R**omanorū
7 alioꝝ ex diuersis historijs laboriose satis coaptaui: rogans vt si cui ascribere placuerit diligēter ob
seruet spacia 7 nūm̄ cor̄spondentē ne longius aut strictius ponat q̄ exemplar habet. alioquin 7 la
bor peribit 7 fructus nō reportabit. eritq; opus eo mendosius quo cōpendiosius nisi hoc diligēter stu
deat obseruare. **S**i at̄ debite quod facile arbitramur hec incor̄poraui: nō modicā ei prebebit illumi
nationem ad intelligendum sacram scripturam: 7 libros **A**ugustini 7 **H**ieronimi 7 **O**rosij ac alioꝝ
rum q̄. si vera sunt que in pluribus libellis scripta repperimus. **P**orro in sexta etate sequimur cronī
cam **M**artini 7 **V**incentij qui cōpendiose procedunt vsq; ad tēpora sua. **P**ost eos per annos fere
ducentos sequor notabilem librum quendam cuius autorem nescio qui pene vsq; ad tēpora sua ex
tenditur. **Q**ue autem de post acta sunt memorie digna: sicut audiuius 7 vidimus fideliter priorib;
supposuimus. **Q**ue omnia in sequentib; summa breuitate patebunt. **M**odus autē procedendi pla
nissimus est. 7 grossitudini rusticane adeo amicus vt in pariete quidem depingi possit. eo q̄ illico si
ne omni difficultate intuentibus se offerat. **D**epinxi igitur in medio folij circulos cum nominib; per
sonarū debitis pro quolibet tēpoꝝ 7 infra 7 supra lineas duas quarum superior cum suo numero
descendit ab **A**dām vsq; ad xp̄m iuxta seriem predictorū significans vt quicquid ex aduerso illius
numeri scriptum est siue superius siue inferius: etiam circa illa tēpora factū verisimiliter credatur.
Secunda linea id est inferior retroꝝsum ascendit a xp̄i natiuitate vsq; ad mundi creationem. vt eadē
facilitate vnico numero inspecto sciatur quot annis hoc aut illud factum sit ante xp̄i natiuitatē. quod
ideo sic ordinauimus. quia hec era magis solēnis est apud nos: 7 citius solet requiri. post xp̄m simul
ambe descendunt vsq; ad tēpora nostra paulatim crescendo. ita vt superior semper ostēdat etatē mū
di 7 inferior etatem xp̄i. quod planissime patebit locis suis. **E**t quia ex multis libris mendose scriptis
modum hunc non leui labore ad lineam veritatis cor̄ximus. obsecramus pro **C**hristo lectorem ne
inciuititer manum ad corrigendum hanc annorū supputationem apponat. nisi prius toto opere per
specto. **Q**uod non ideo dicimus quasi nullibi errauimus. sed ad auisandū de nimia diuersitate do
ctorū in hac materia. 7 frequenter positiō vnus est inuolutio alterius. **U**bi autem erroꝝ inuenit
clementer ignoscat 7 corrigat ex predictis quos sequimur. **F**aciliter enim in numeris erratur. 7 sepe
negligenter describuntur: 7 negligētius emendantur: vt dicit **A**ugustinus. 15. li. de ciuitate dei.